Zborowski et Janiszewscz Coniuges Intercisam Roborant

Ext° Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren. Ca-
pitaneal. Premislien. Gnosus Hieronimus de Rytwiany Zborowski ab
una et Nobiles Joannes Matthias Janiszewski et Zophia coniuges
ltimi maritus solus pro se coniunx vero cum eiusdem mariti sui vti
tutoribus coniugalibus assistentia parte ab altera sani mentibus et cor-
poribus existentes a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibus-
vis propriis et competentibus recedentes huic autem iurisdictioni Castrensi Pre-
mislien. quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis
generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporantes et subiicientes palam
libere publice ac perexpressum recognoverunt et quilibet ipsorum suo
pro interesse recognovit. Quia ipsi se ac suos successores in et super bonis suis
generaliter omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis mutuo
et invicem una pars alteri ac posteris utriusque partis inscribunt et obli-
gant praesentibus intercisam certam inter se recognoscentes ratione quarundam rerum
et conditionum in eaque intercisa contentarum de actu et data Premisliae Feria
quinta post Festum Sancti Valentini Martyris pro ... praesenti confectam
[manibus ipsorum Feria quinta post Festum Sancti Valentini Martyris proxime pra-
teriti confectam] manibus ipsorum Gnosi Zborowski proprio interesse pro interesse
vero Nobilium Janiszewskich coniugum manu Gnosi Stanislai Starzecho-
wski subscriptam et sigillatam in omnibus eiusdem intercisae conditionibus pun-
ctis clausulis articulis ligamentisque et nexibus generaliter universis tam in
toto quam in quavis minima parte firmiter tenere complere et exequi ac in-
violabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis toties quoties opus fuerit
satisfacere praefatam intercisam ad inscriptionem praesentem et inscriptionem praesentem

ad praedict.

ad praedictam intercisam vicissim in toto referendo Idque sub vadio quin-
gentorum florenorum pecuniae polonicalis per partem parti cum successoribus utriusque
partis ob non completionem promissorum omnium et singulorum tam in toto
quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. In-
super praenominatae partes recognoscentes utraque una pars alteri ac posteris u-
triusque partis dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem
inscriptionem praesentem roboratoriam ex libris Actis Castren. autentice deprom-
ptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerint transfe-
rendi et transportandi quae transportata tantum valebit acsi per utramque
partem et eorum successores transportaretur. Cui transportationi inscriptionis
praesentis modo praemisso fiendae partes praenominatae utraque se ac suos successores
in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusvis
habitis et habendis una pars alteri ac posteris utriusque partis inscribunt
et obligant praesentes non contradicturos imo eam pro rato et grato non
aliter acsi per partem utramque ac eorum successores transportaretur. Idque
sub vadio simili quingentorum florenorum pecuniae polonicalis per partem par-
ti cum successoribus utriusque partis ob contradictionem inscriptionis prae-
sentis transportationi modo praemisso fiendae ad solvendum succumbendo
Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succum-
bendis ac re aliqua praemissorum non completa complendaque praemissis citata
existens pars una praemissa non tenens aut eius successores ad instantiam
partis alterius praemissa tenentis aut eius posterorum ad officium praesens
Castrense Capitaneale Premislien. ex hinc recessu suprascripto quoad respondendum
Spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam perempto-
rio stare iuri parere videre vadia praefacta luere inscriptioni huic satisfacere

ac omne iudicatus fari debebit et tenebitur seque ac suos successores ad ea-
dem omnia obligat cunque terminum primum peremptorium et alios omnes
consequentes eiusque Caussae terminos semper peremptorios vera infir-
mitate pro maiori minorennitate successioni legatione intra vel extra
Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis qui-
buscunque dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietatio-
nem ultra proximos ternos Officii praefati Castrensis Premisliensis
dillationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes earumque
prosequutiones faciendo praemissaque omnia penitus simplicibus vel im-
plicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione termi
bello Conventioneque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non
subterfugiendo hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Dunikowski et Iaminski Roborant

Ex Copia Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Ca-
pitanealibus Premisliensibus Generosi Stanislaus et Samuel Dunikowscy de Vr-
ssko suo et Generosi Sigismundi Dunikowski Notarii Terrestris
Sanocensis parentis sui habitione cavent a omni praesentibus inscribunt nominibus
et Generosus Petrus Iaminski parte ab altera sani mentibus et corporibus
existentes a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibuscunque propriis
et competentibus recedendo Huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad a-
ctum praesentem attinet secum successoribus bonisque suis generaliter omnibus tota-
liter et plenarie incorporantes et subiicientes palam libere publice ac per expressa
recognoverunt. Quia ipsi ipse quidem Iaminski suo praefati vero Generosi Du-
nikowscy suo et Generosi Sigismundi Dunikowski Notarii Terrestris Sanocensis
nomine seque suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus

et summis

et summis pecuniariis habitis et habendis mutuo et invicem una pars
alteri ac posteris utriusque partis inscribunt et obligant praesentibus
intercisam certam inter se recognoscentes et praedictum Generosum Sigismu-
ndum Dunikowski ratione quarumcunque rerum et conditionum in eaque
intercisa contentarum de Actu et data hic Premisliae Feria Sexta
post Festum Sanctae Agnethis virginis proxima praesentibus confectae
manibus eorumque Generosorum Stanislai et Samuelis Dunikowski
atque praefati Generosi Iaminski subscriptae et sigillatae vadioque quinque
millium et quadringentorum florenorum pecuniae polonicae firmatae in
omnibus et singulis eiusque intercisae conditionibus punctis Clausu-
lis articulis ligamentisque et nexibus generaliter universis tam
in toto quam in parte firmiter tenere complere et exequi ac invi-
olabiliter observare omnibusque et singulis illiq contentis totiesquo-
ties opus fuerit satisfacere praefatam intercisam ad inscriptionem
praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictam intercisam
vicissim in toto referendo. Idque sub vadio quinque millium
et quadringentorum florenorum pecuniae polonicae per partem parti cum
successoribus utriusque partis ob non completionem praemissorum omni-
um et singulorum tam in toto quam in parte vero quoties opus fue-
rit ac solvendis succumbendis Insuper praefati regentes Generosi Sta-
nislaus et Samuel Dunikowscy se ac suos successores in et super
bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibuscunque habitis
et habendis praenominato Generoso Petro Iaminski eiusque posteris in-
scribunt et obligant praesentibus Generosum Sigismundum Dunikowski Notarium
Terrestrem Sanocensem ad subscriptionem praedictae intercisae ...